BEDA VENERABILIS
Salzburg, St. Peter, 1. Hälfte 9. Jh. Seite 24r
Quelle: https://manuscripta.at/?ID=38125
Copyright: Salzburg, Erzabtei St. Peter, Benediktinerstift, Bibliothek



Mensurā quippe tritici conseruis dat in tempore
fidelis dispensator & prudens. quando discretus
uerbi minister n̄ solū tempus oportunū indicen
do obseruat. uerū & iūc qualitatē sensumque
auditorū diligenter exquirit. & iuxta distantiā
huius. modū sui sermonis temperat,

Et pones sup̄ mensam panes propositionis incon 5
spectu meo semper: Panes p̄positionis super 5
mensam positi semp̄ doctores sunt sp̄itales qui in
lege dn̄i die ac nocte meditantes. cunctis ecclam
intrantib; refectionē uerbi caelestis offerunt;
qui recte p̄positionis panes uocantur. quia in
propatulo semp̄ esse debet uniuersis fidelib; ser
mo salutis. Neq; umquā in eccla de esse oportet
piis auditorib; uerbū solacii. qd̄ dn̄s p̄ praecones
ueritatis mundo p̄ponens in conspectu suo semper
apparere. & usq; ad finē scl̄i his qui esuriunt &
sitiunt iustitiā incessanter abundare uoluit.
De his panib; in leuitico plenius quot & quales
faciendi uel quomodo ponendi fuerint refertur.
dicente dn̄o ad mosen. accipies quoq; similam.
& coques ex ea duodecim panes. qui singuli habe
bant duas decimas. quorū senos altrinsecus
sup̄ mensam purissimā coram dn̄o statues.